

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Sacramentum c cum fonte proximo

Intra catholicam ecclesiam in ministerium corporis et sanguinis Domini nil a bono maius, nil a malo minus perficitur sacerdote quia non in merito consecrantis, sed in uerbo perficitur creatoris et uirtute Spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut Christus ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum efficit carnem et transfundit in sanguinem. Credendum enim est quod in uerbis Christi sacramenta conficiantur; cuius prius creantur imperio, eius utique uerbo recreantur ad melius.

Augustinus in libro de corpore Christi.

Intra ecclesiam catholicam in ministerio corporis et sanguinis Domini nichil a bono maius, nichil a malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in uerbo perficitur creatoris et uirtute Spiritus sancti. Si enim in merito sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem et transfundit in sanguinem. Credendum est enim, quod in uerbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius prius creantur imperio, eius utique uerbo recreantur ad melius.

Gratianus, *Decretum*, 2, 1, 1, 77 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.385).